

2376.

1323 d. 1 Jan.

Dimbo.

BENGT ALGOTSSON gifver sin hustru Thora, med hennes slägtingars bifall, hälften i en gård och qvarn Fredene till evärdelig egendom, i stället för hennes gods i Mularp, som han hade gifvit henne i morgongåfva.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl. *)

Omnibus presens scriptum cernentibus. BENEDICTUS ALGUZSON salutem in domino sempiternam Tenore presencium, Nouerint vniuersi,, quod dilecte consorti mee thore ad consensum et placitum cognatorum suorum dimidiatam omnium bonorum meorum in fridhini videlicet curie mee, et vnus molendini, cum omnibus suis attinenciis, tam mobilibus quam immobilibus. longe vel prope positis libere delegaui jure perpetuo possidendam, omni condicione et ordine quam requirit et expetit forma legis. pro bonis suis in mulæthorp. que sibi contuli ratione doni quod wlgariter dicitur morghongiaef, die et tempore nupciarum, eadem condicione et euidencia, sicut in presencia omnium qui in nupciis nostris aderant duxi fieri manifestum In huius igitur rei testimonium et approbacionem firmiorem, sigilla discretorum virorum. videlicet domini thoriri prepositi skarensis. haraldi brýnnýulfs. son, domini haquini de flo. vna. cum sigillo meo. duxi presentibus apponenda. Datum dýmmnu. anno domini. M^o CCC^o, XXIII^o. jn die circumcissionis domini.

Sigillen bortfallna, stycken af remsorna kvar.

2377.

1323 d. 4 Jan.

Kaniken NILS MARCUSSEN i Upsala testamenterar åtskilliga egendomar till domkyrkobyggnaden i Upsala, med förbehåll att hans årsbegängelse skall firas, och väljer sin graf i Johannis kapell; bestämmer derjente talrika gåfvor af penningar, böcker, kläder, husgeråd, kreatur och andra lösören åt kyrkor, kloster och enskilda personer.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

IN nomine domini amen, Anno eiusdem. M^o CCC^o. XX. III. in octaua sanctorum innocencium. Ego NICOLAUS MARCI Canonicus vpsalensis considerans omnia ad suam tendere originem. hocque solum stabile permanerè quod pro salute anime spiritu dei salubriter ordinatur, Cupiens igitur temporalia pro eternis commutare de rebus mihi a deo concessis Testamentum meum condo et ordino in hunc modum, In primis ad fabricam ecclesie vpsalensis lego dimidiam marcham terre in villa akarli parochia spangum, Jtem in baka-rum duos solidos terre, et in skelby duos solidos terre cum dimidio in parochia solandatumum, jtem in heruingi dimidiam oram terre in parochia spangum, jtem in kyistum II. solidos terre, et in skelby solidum terre in paro-

*) Brevet är betydligt skadadt genom fugt.